



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

5. Ne Episcopi propter suam quietem neglegant plebem sibi commissam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ne Episcopi propter suam quietem neglegant plebem sibi commissam. *Ex eodem Concilio tit. v.*

V. Providendum est ne Episcopi propter suam quietem ad remotiora loca secedentes, & suum ministerium neglegentes, proprias deserant civitates; sed aut parrocchias suas cum officij efficacia circumeant, aut cum religione in suis civitatibus canonicè cum filiis suis degant. Presbyteros etiam sibi commissos doctrina, castitate, & sobrietate, atque hospitalitate secundum suum ministerium ornari compellant.

Concil. Meld.
c. 28.
Burchard lib.
1. c. 228.

De Episcopis qui rarò aut nunquam plebes sibi commissas per seipfos visitant.
Ex eodem Concilio tit. vi.

VI. Ut quorundam Episcoporum reprehensibilis immo damnabilis consuetudo omnimodis corrigatur, qui plebes sibi creditas aut rarò aut nunquam per seipfos juxta ordinem evangelicum & apostolicum atque ecclesiasticum visitant, cum Dominus dicat: *Speculatorem dedi te domui Israël, & audies ex ore meo verbum, & adnuntiabis eis ex me. & cetera quæ divinus sermo complectitur.*

Concil. Meld.
c. 29.

Ezech. 9.

Ut Episcopus ambulet per suam diocesim.
Ex Concilio Bracarensi tit. vii.

VII. Placuit omnibus Episcopis atque convenit ut per singulas Ecclesias & diocesim ambulantes primùm discutiant Clericos, quomodo ordinem baptismi teneant vel Missa-

Concil. Brac.
car. 2. c. 1.
Burchard. lib.
1. c. 85.